



Universitätsbibliothek Paderborn

**Commentaria Vetustissima & profundissima Super
Canticvm Canticorvm Salomonis Qvod Hebraice Dicitvr
Sirhasirim**

Wolbero <de Sancto Pantaleone>

Coloniae Agrippinae, 1630

Versvs III. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciutatem: num quem diligit
anima mea vidistis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10027

118 In Canticum Cantorum Salomonis

Quid ergo agendum est? profectò vt ab illâ quiete mentis in quâ sola proprio sensu iacet, surgat ad studium requiendo etiam aliorum sensus, actiones, & cōscriptiones, vt quod per se intelligere non praevallet, ex illorum dictis & scriptis percipiat.

Per ciuitatem & viacos dilectum quærere, quid sit.

Hoc est enim ciuitatem circuire, & per viacos & plateas dilectum quærere, Ecclesiam percurrere & sanctorum Doctorum sententias perquirere, per latam & angustam gradientes inuestigare & si quâ in eis vestigia sanctitatis sint considerare, quia nonnunquam sacerdtales aliquid de bono opere habent quod sit imitandum, sicut & Sancti quod sit mirandum & etiam pro posse imitandum. *Vita lata & angusta qua sit.* Lata quippe via est sacerdtales, angusta Sanctorum, quia multi sunt qui per latam, pauci vero qui per angustam viam gradiuntur.

Matth. 7.

VERSUS III.

Inuenient me vigiles qui custodiunt ciuitatem: num quem diligit anima mea vidisti?

Quomodo dilectam ciuiteum vigiles inueniant.

Circumeuntem autem ciuitatem & viacos & plateas, vigiles inueniunt, quia studiosæ menti Ecclesiæ documenta inuestiganti historiâ quoque quæ est via quasi lata, quia aperta & ad intelligendum facilis; allegoriam quoque quæ est quasi angusta via, quia subtilis & ad intelligendum difficilis, insipienti, & si

qua in eis fidei & operationi vtilia ac necessaria sint perquimenti, sancti Doctores sententijs suis & authori- *Sancti Doctores cur vigiles dicantur.* tatis occurunt, atque dilectum quem quærebat intelligenti & imi- tari cupienti ostendunt. Vigiles namque dicuntur, de quibus Dominus dicit in Euangilio, *beati sexui illi quos cum venerit Dominus, inuenierit vigilantes.* Sancti quippe Doctores in corpore constituti vigilabant, & adhuc vigilant doctrinâ & operatione suæ & proximorum vtilitati, corpore vero exuti vigilant & vigilabunt scriptis & exemplis, in sui quidem remunerationem, in proximorum autem salutem. Qui vide- licet vigiles custodiunt ciuitatem, *Quomodo quia sancti Doctores sanctam uniuersalem Ecclesiam testimoniorum & exemplorum suorum rationibus & authoritatibus confirmant & protegunt, & sanctæ fidei hostibus inexpugnabilem faciunt.* *vigiles id est Doctores ciuitatem custodiante.*

Tales ergo vigiles Dilecta cun- *Quomodo dilecta in- stabunda suscitatur dicens, num quæ terrogat vi- dilexit anima mea vidisti? num inquit giles an vi- derint dilectum in vestris scriptis & gestis potestis etum. ostendere & probare Deum vos ita dilexisse, ut sanè vitam vestram & do-ctrinâ imitari dilectum sit inuenire?*

VERSUS IV.

Paululum cum pertransisset eos inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

Sed